

PROPRIO DE LA MISA
DEDICACIÓN DE LAS BASILICAS DE SAN PEDRO Y SAN PABLO
III Clase - Noviembre 18

Genesis 28. 17 INTROITO

TERRIBILIS est locus iste: hic domus Dei est et porta cæli: et vocabitur aula Dei. Ps. 83. 2, 3. Quam dilecta tabernacula tua, Domine, virtutum! concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini. *Ÿ.* Gloria Patri.

Terrible es este lugar. Esta es la casa de Dios y la puerta del cielo, y se debe llamar el palacio de Dios. Salmo. ¡Que amables son tus moradas, Señor de los ejércitos! Mi alma suspira y desfallece por los atrios del Señor. *Ÿ.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui, et præsta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse latetur. Per Dóminum.

¡Oh Dios!, que todos los años renuevas el día de la consagración de este santo templo, y nos conservas incólumes para asistir a los santos misterios: escucha las preces de tu pueblo, y haz que todo el que entre en este templo para pedirte beneficios, se alegre de haberlos conseguido. Por nuestro Señor Jesucristo.

Apoc. 21. 2-5 EPISTOLA

IN diebus illis: Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cælo a Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus: et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, qui prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia.

En aquellos días: vi la ciudad santa, la nueva Jerusalén, que bajaba del cielo, de junto a Dios, engalanada como una novia ataviada para su esposo. Y oí una fuerte voz que decía desde el trono: Esta es la morada de Dios con los hombres. Pondrá su morada entre ellos y ellos serán su pueblo y él, Dios-con-ellos, será su Dios. Y enjugará toda lágrima de sus ojos, y no habrá ya muerte ni habrá llanto, ni gritos ni fatigas, porque el mundo viejo ha pasado. Entonces dijo el que está sentado en el trono: Mira que hago nuevas todas las cosas.

Ps. 44. 17-18

LOCUS iste a Deo factus est, inæstimabile sacramentum, irreprehensibilis est. *V.* Deus, cui astat Angelorum chorus, exaudi preces servorum tuorum.

Mat. 16. 18

ALLELÚIA, allelúia. *V.* Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor Nomini tuo. Allelúia.

Luc. 19. 1-10

IN illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachæus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives: et quærebat videre Jesum, quis esset: et non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum; quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum: Zachæe, festinans descende; quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit Abrahæ. Venit enim Filius hominis quærere, et salvum facere, quod perierat.

GRADUAL

Este lugar ha sido hecho por Dios, y es un lugar de impenetrable misterio, es immaculado. *V.* Oh Dios, a quien asiste el coro de Ángeles, oye las plegarias de tus siervos.

ALELUYA

Aleluya, Aleluya. *V.* Te adoraré en tu santo templo; y alabaré tu nombre. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo, entró Jesús en Jericó y cruzaba la ciudad. Había un hombre llamado Zaqueo, que era jefe de publicanos, y rico. Trataba de ver quién era Jesús, pero no podía a causa de la gente, porque era de pequeña estatura. Se adelantó corriendo y se subió a un sicómoro para verle, pues iba a pasar por allí. Y cuando Jesús llegó a aquel sitio, alzando la vista, le dijo: Zaqueo, baja pronto; porque conviene que hoy me quede yo en tu casa. Se apresuró a bajar y le recibió con alegría. Al verlo, todos murmuraban diciendo: Ha ido a hospedarse a casa de un hombre pecador. Zaqueo, puesto en pie, dijo al Señor: Daré, Señor, la mitad de mis bienes a los pobres; y si en algo defraudé a alguien, le devolveré cuatro veces más. Jesús le dijo: Hoy ha llegado la salvación a esta casa, porque también éste es hijo de Abrahán, pues el Hijo del hombre ha venido a buscar y salvar lo que estaba perdido.

1 Par. 29. 17-18

DOMINE Deus, in simplicitate cordis mei lætus obtuli universa: et populum tuum, qui repertus est, vidi cum ingenti gaudio: Deus Israël, custodi hanc voluntatem.

ANNUE quæsumus, Domine precibus nostris; ut, dum hæc vota præsentia reddimus, ad æterna præmia, te adjuvante, pervenire mereamur. Per Dominum nostrum.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Mat. 21. 13

DOMUS mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis, qui petit, accipit: et via quærit, invenit, et pulsanti aperietur.

DEUS, qui de vivis et electis lapidibus æternam majestati tuæ præparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti; ut, quod Ecclesiæ tuæ corporalibus proficit spatiis, spiritualibus amplificetur augmentis. Per Dóminum nostrum.

OFERTORIO

Señor Dios, con sencillez de corazón he ofrecido gozoso todas estas cosas; y he visto con gran alegría a tu pueblo, aquí congregado. Oh Dios de Israel, conserva en él esta voluntad.

SECRETA

Te rogamos, Señor, que atiendas a nuestras humildes súplicas; y al ofrecerte los presentes votos, merezcamos llegar con tu ayuda, a los premios eternos. Por Nuestro Señor Jesucristo.

PREFACIO COMÚN

Verdaderamente es digno y justo, es nuestro deber y nuestra salvación, el que te demos gracias en todo tiempo y en todo lugar, Señor Padre santo, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu Majestad, las Dominaciones la adoran, las Potestades la temen, los Cielos y las Virtudes de los cielos y los bienaventurados Serafines la celebran unidos en la misma alegría. Con ellos te rogamos que nos dejes unir nuestras voces proclamando con suplicante alabanza.

COMUNIÓN

Mi casa será llamada casa de oración, dice el Señor. En ella, todo el que pide, recibe; el que busca, encuentra; el que llame, se le abrirá.

POSCOMUNIÓN

¡Oh Dios!, que con piedras vivas escogidas preparas eterna morada a tu Majestad; dignate auxiliar a tu pueblo suplicante; y al acrecentarse tu Iglesia en espacios materiales, se amplíe con aumentos espirituales. Por Nuestro Señor Jesucristo.